MARIÆ
SCOTORVM REGINÆ
EPITAPHIVM.

Stemmate Cæſareo, & Scotorum, clara, Marito
  Rege, ac hoc gnato, qui modo ſceptra tenet.
Illa ego, quæ ſata ſum regali ſtirpe parentum
  Hoc tumulo paruo, contumulata tegor.
Hucque meę mentis prauæ imperioſa poteſtas, 1
  Et mea me torſit, próh, temerata fides.
Stemmata nil faciunt, nil prodeſt ſanguine claro
  Cenſeri, ſi animum deuius error agat.
Diſce ſequi rectum iuſtumque; tenentia colla
  *M*armora qui, fato noſtra reſecta, vides.
Diſcite mortales, quibus eſt res conſcia noſtri
  Conſilij, in dubijs eſſe pericla vijs.
Atque meo exemplo moniti deſiſtite, nam vos
  Certa ſed incerto tempore pœna manet.
Bis, ſapit, alterius qui exemplo motus: & ipſo
  Sit ſatis hoc noſtro, vos didiciſſe malo.

I. H. D.

K.

LONDINI
Excudebat Ioannes Charlewood.
pro Roberto VVallie.